



Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Coloniæ, 1723

III. Quòd verba Dei cum humilitate sunt audienda: & quòd multi ea non
ponderant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45773)

ma veritas: ne fortè moriar, & sine
fructu efficiar, si fuero tantum foris
admonitus, & intus non accensus.

Ne sit mihi ad judicium, verbum
auditum, & non factum: cognitum,
nec amatum: creditum, & non fer-
vatum.

Loquere igitur, Domine, quia au-
dit servus tuus: verba enim vitæ æ-
ternæ habes.

Loquere mihi ad qualem cum-
que animæ meæ consolationem, &
ad totius vitæ meæ emendationem:
tibi autem ad laudem & gloriam, &
perpetuum honorem.

C A P U T III.

Quòd verba Dei cum humilitate sunt
audienda, & quòd multi ea non
ponderant.

1. **A**udi, fili, verba mea, verba sua-
vissima, omnem Philosopho-
rum & sapientium hujus mundi sci-
entiam excedentia.

Verba

Verba mea spiritus & vita sunt,
nec humano sensu pensanda. Non
sunt ad vanam complacentiam, tra-
henda, sed in silentio audienda, &
cum omni humilitate atque magno
affectu suscipienda.

2. Et dixi : Beatus, quem tu eru-
dieris, Domine, & de lege tua do-
cueris eum : ut mitiges ei à diebus
malis, & non desoletur in terra :

3. Ego, inquit Dominus, docui
Prophetas ab initio, & usque nunc
non cesso omnibus loqui :

Sed multi ad vocem meam surdi
sunt, & duri.

Plures mundum libenter audi-
unt, quam Deum : facilius sequun-
tur carnis suæ appetitum, quam Dei
beneplacitum.

Promittit mundus temporalia &
parva, & servitur ei aviditate ma-
gnâ: ego promitto summa & æterna,
& torpescunt mortaliū corda.

Quis tantâ curâ mihi in omnibus
servit & obedit, sicut mundo & Do-
minis ejus servitur? Erubescē Sidon,
ait

eo cap

ait mare. Et si causam quæris, audi
quare.

Pro modica præbenda, longa via
curritur : pro æterna vita , à multis
vix pes semel à terra levatur.

Vile pretium quæritur : pro uno
numismate interdum turpiter liti-
gatur : pro vana re & parva promis-
fione , die noctuque fatigari non ti-
metur.

4. Sed proh pudor ! pro bono in-
comutabili , pro præmio inæsti-
mabili, pro summo honore , & glo-
ria interminabili , vel ad modicum
fatigari pigritatur.

Erubescere ergo, serve piger & que-
rulose , quod illi paratores inve-
niuntur ad perditionem , quām tu
ad vitam.

Gaudent illi amplius ad vanita-
tem , quām tu ad veritatem.

Evidenter spe suâ nonnunquam
frustrantur ; sed promissio mea ne-
minem fallit, nec confidentem mihi
dimittit inanem.

Quod

Quod promisi, dabo; quod dixi, implebo; si tamen usque in finem fi- delis in dilectione mea quis per- manserit.

Ego remunerator sum omnium bonorum, & fortis probator om- nium devotorum.


5. Scribe verba mea in corde tuo, & pertracta diligenter: erunt enim in tempore temptationis valde necef- saria.

Quod non intelligis cùm legis, co- gnoscet in die visitationis.

Dupliciter soleo electos meos vi- sitare, temptatione scilicet & consola- tione.

Et duas lectiones eis quotidie le- go: unam, increpando eorum vitia; alteram, exhortando ad virtutum incrementa.

Qui habet verba mea, & spernit ea, habet, qui judicet eum in novis- simo die.



ORA-

eo
cap

ORATIO

Ad implorandum devotionis gratiam.

6. **D**omine Deus meus, omnia
bona mea tui es. Et quis ego
sum, ut audeam ad te loqui?

Ego sum pauperrimus servulus
tuus, & abjectus vermiculus: multò
pauperior & contemptibilior, quām
scio, & dicere audeo.

Memento tamen, Domine, quia
nihil sum, nihil habeo, nihilque va-
leo.

Tu solus bonus, justus & sanctus;
tu omnia potes, omnia præfas, om-
nia imples, solum peccatorem ina-
nem relinquens.

Reminiscere miserationum tua-
rum, & imple cor meum gratiâ tuâ,
qui non vis esse vacua operatua.

7. Quomodo possum me tolerare
in hac misera vita, nisi me conforta-
verit misericordia & gratia tua?

Noli avertere faciem tuam à me:
noli visitationem tuam prolongare:

H noli

noli consolationem tuam abstrahere, ne fiat anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Domine, doce me facere voluntatem tuam, doce me coram te dignè & humiliter conversari, quia sapientia mea tu es, qui in veritate me cognoscis, & cognovisti, antequam fieret mundus, & antequam natus essem in mundo.

C A P U T IV.

Quòd in veritate & humilitate coram Deo conversandum est.

1. **E**li, ambula coram me in veritate, & in simplicitate cordis tui, quære me semper.

Qui ambulat coram me in veritate, tutabitur ab incursibus malis, & veritas liberabit eum à seductoribus & detractionibus iniquorum.

Si veritas te liberaverit, verè libereris, & non curabis de vanis hominum verbis.

Domine verum est. Sicut dicas, ita, quæso, mecum fiat. Veritas tua

mg



eo
cap